

loquitur; Quia loquitur veritatem. sapientiam
spirat. non sine patre loquitur; Dñs sp̄s. non a se au
dit. quō ex dō omnia; Omnia accipit a patre fi
lius. quia ipse dixit. Omnia mihi tradita sunt.
a patre meo; Omnia patris habet filius. quia ite
rum ait. Omnia que pater habet. mea sunt;
Et que accepit ipse per unitatem nature ex ipso.
per eandem unitatem accepit & sp̄s. sicut ipse
dñs ih̄c declarat. de spu suo dicens. Propterea
dixi. de meo accipiet. & adnuntiabit vobis; Quod
ergo loquitur sp̄s. filii est. quod dedit filius.
patris est; Ita nihil a se. aut filius loquitur
aut sp̄s. quia nihil extra se trinitas loquitur.
Quod si ad infirmitatem sp̄s. sc̄i. & quandam cor
poris similitudinem vilitatis. id deriuare con
tendas. & iam ad filii iniuriam deriuabis. Quia
& de se filius dixit. Sicut audio & iudico. & non
potest aliquid facere filius. nisi quod uiderit
facientem patrem. Si enim verum est. sicut est
verum quod dixit filius. Omnia que pater habet
mea sunt. & secundum diuinitatem unum est